Κονσουλάριοι. Ἡγεμόνες.

ἡ ἐπαρχία Θρᾴκης ἤτοι Εὐρώπης, ὑπὸ κον-κονσουλαρίων, ἀνθ' ἕξ ἡγεμόνων, πόλεις ιδ'. Εὐδο-ξιούπολις Ἡράκλεια Ἀρκαδιούπολις Βιζύη Πά-νιον Ὄρνοι, Γάνος Καλλίπολις Μόριζος . . . . . . ἐκ Πορφυρογεννήτου περὶ θεμάτων Βιβ. Β΄ σ. 47.

ὑπὸ κονσουλάριον] fuit olim proconsularis Europa; quam ejus provinciae dignitatem Imp. Constantius creato urbi Constantinopolitanae praefecto mutavit. Socrates H. E. ... ἐπάρχον τῆς Κωνσταντινουπόλεως ... ἀνθυπάτων παύσας ἀρχήν. cum enim ea urbs in Europa ejusque fuerit caput, dicaturque proconsulem habuisse, de provincia dubium esse negat; praesertim cum ex veterum scriptis proconsules Europ. Valesius eruerit, quibus addi Priscus poterit provinciae Europae proconsul ex Menologio Canisiano 11. Jul. sub Diocletiano, et Taurus, qui Constantini M. aetate Thracibus proconsulari imperio praefuit, ex Porphyrogenitae Constantini l. 2 Them 1. quid itaque Jo. Harduino, non Valesio solum eloquente. Συνέκδημος Πάτρ. Wesselinii σ. 401

Κονσιλιάριοι. Βουλευταί.

sed et τὴν ἀνθυπάτων ἀρχὴν de duumvirum magistratu ad Themistii orat. 17 interpretante, Facius mihi ambiguum non est quin temere a viro doctissimo dissenserit. operae pretium utique fuerat proconsules e veterum monumentis productos profligare, et exemplis ἀνθυπάτους eosdem ac duumviros esse firmare, quorum neutrum cum fecerit, ejus dissensu paucissimi movebuntur. post [illegible]tum autem urbi regiae a Constantio i[illegible], consularis Europam administravit; [illegible] Aradius Proculus in Thesaur. p. CCCLXI. 1. „consularis provinciae Europae" sub eo imperatore dicitur. erant consulares Κονσουλάριοι, ut in glossis est Nomicis ὑπατικοὶ sive consulatu essent functi seu ornamentis consularibus donati: nam Constantinus l. 2 Thom. 1 βουλευτὰς esse monens, consiliarii κονσιλιαρίου voce, quam suo in codice legebat, deceptus est. regebant provincias dignation correctoribus et praesidibus potiores, ut l. unica c. Th. de consular. innuit: habebant lictores et fasces, qui fasces consularitatis in l. 4. c.

Κονταγιάννιοι Βουγενίδαι

Th. ad I jul. de ambitu vocantur; et numero qui dam sex, unde Paullinus Nolanus Natal. 13 342. de se Campaniae consulari

erga ubi bis terno dicionis fasce levatus

deposui nulla maculatam caede securim

ubi vero eo honore erant defuncti, illum iterare non poterant, sicuti dicta I ult. de ambitu sciscit; quamquam non desint eorum exempla qui iterum gesto honore claruerunt, ~~eorum exempla qui iterum gesto~~ ibi s. Gothofr. Et originem consularium ab Augusto esse ad Spartiani Hadrian. c. 22 Salmasius disputat.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ